



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 83. Propositiones ex Decretalibus a Wittembergensi Schola extractæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

moneim habuit, ubi rabie accensus popu- Sæcul. XVI.
A.C. 1520.
lum hortabatur, ut Pontificis jugum, si
animæ suæ salutem cordi haberent, pro-
tinus excuterent; paulo post edictum val-
de prolixum evulgavit, quo rei gestæ
rationem reddens, Papam insimulabat,
quod tyrannicum in Ecclesia imperium
exerceret, Christi doctrinam depravaret,
ac legitimam Magistratum potestatem
usurparet. Observat quoque Pallavicini- Pallav. hist.
nus quod similis combustio in duobus vel tri-
bus aliis Germanicæ locis confecta fuerit
Conc. Trid.
l. I. c. 22. p. 81.
a Martini sautoribus, &c., quod admiratio-
ni est, non desuerint, qui Lipsiæ coram ipso
Georgio Duce Saxonice tam execrandum
scelus ausi sint.

§. LXXXIII.

Propositiones ex Decretalibus a Wittembergensi Schola extractæ.

Tandem etiam Wittembergensis Uni-
versitas, ut majorem adhuc invidiam
Romanæ Curiae conflaret, triginta circi-
ter propositiones ex Decretalibus excerptæ
fuerunt, ac publicavit, quas inter nonnullæ
alio longe modo, quam in illis habentur,
prolatæ fuerunt. Potissimumæ supremi
Pontificis auctoritatem concernunt, uti
sunt sequentes: 1. Potestas Pontificia
comparatur lucis, Regalis veræ lunæ
splendoribus; illa nec Conciliis, neque S. Hist. Eccles. Tom. XXXIII. N n Ca-

Sæc. XVI. Canonibus restringitur. III. Romanus Episcopus quæcunque jura in secreto cordis sui inclusa tenet. IV. Canones ad arbitrium suum emendare valet; V. Episcopos ad jusjurandum sibi præstandum adstringit. VI. Caput Ecclesiæ se nominat, VII. a quacunque jurisdictione ad Pontificiam, ab hac tamen ad nullam aliam appellare licet; VIII. Omnia jura duntaxat a Pontificis auctoritate vim legis obtinent; IX. Papa est petra fundamentalis Ecclesiæ; X. Claves soli Petro datæ sunt; XI. Tota Christi potestas in S. Petri Apostoli personam transfusa est; XII. Papa Ecclesiæ leges imponere potest; XIII. Sibi soli potestatem ligandi attribuit; XIV. Universales leges condit circa jejunia, & vota; XV. Sacerdotibus connubium prohibet; XVI. Se plenam a Christo Domino potestatem tam sacram quam profanam accepisse afferit; XVII. Commentitiam temporalis Romani domini donationem a Constantino factam Sylvestro Pontifici velut legitimam adstruit, XVIII. hæredem Romani imperii se gerit; XIX. Reges exauktorandi, ac regna Sedi Apostolice fiduciario nomine adscribendi jus sibi arrogat, XX. fidem datam etiam publico sacramento firmatam rescindendi potestatem sibi vendicat, XXI. vota tollit, & commutat; XXII. quadam ratione ipso Deo superior est;

est; Denique XXIII. leges suas eadem ^{Sacra} XVI.
fide, qua Evangelicas, esse credendas ^{A. C. 1520.}
præcipit; XXIV. Sacrarum literarum au-
toritatem a Pontificia dependere con-
tendit, easque pro arbitrio suo interpre-
tandi jus sibi soli reservat.

§. LXXXIV.

*Lutheri libellus adversus Ambrosium
Catharinum.*

Quoniam Sylvester Prieras, cum recens Lutheri dissensio contra Dominicanos propter indulgentias esset orta, aduersus eundem scriperat, Lutherus in Sylvestrum responso convitiis pleno invehebatur; nec deerant tamen, qui Prieratis honorem ac doctrinam aduersus Lutheri audaciam vindicarent. Hos inter Ambrosius Catharinus, qui alias nomine suo Politus Lancellotus dicebatur, & patria Senensis, ac Religiosi instituti Dominicanus erat, nec non Theologiae scientia celebrabatur, tractatum compo-
suit de dignitate Romani Pontificis in quinque libros divisum. Lutherus mox ^{Sleid. l. c.} contra eundem exeunte hoc anno re- ^{p. 62.} sponsum edidit, tam verborum prolixita- ^{Cochl ann.} te, quam conviciandi libidine execrabi- ^{1520. p. 23.} lem, in quo invehitur in summum Pon-
tificem, Romanamque Ecclesiam, ac ne-
fando abusu plures Danielis Prophetæ

N n 2 textus